Degenerare tamen· niuis humana quot annis
Maxima quaeq· manu legeret·´ sic omnia fatis
In peius ruere· et retro sublapsa referri·
Non aliter quam qui aduerso uix flumine lēbum
Remigiis subigit·´ si bracchia forte remisit·
Atq· illum in praeceps prono rapit alueus amni·
Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis
Haedorumq· dies seruandi et lucidus anguis·´
Quam quib· in patriam uentosa per aequora uectis·
Pontus et ostriferi fauces temptantur abydi·
Libra die somniq· pares ubi fecerit horas·
Et medium luci atq· umbris iam diuidit orbem·
Exercete uiri tauros·´ serite hordea campis·
Usq· sub extremum brumę intractabilis imbrem·
Nec non et lini segetem et cereale papauer
Tempus humo tegere· et iam dudum incumbere rastris·
Dum sicca tellure licet· dum nubila pendent·
Vere fabis satio· tum te quoq· medica putres
Accipiunt sulci· et milio uenit annua cura·
Candidus auratis aperit cornibus annum
Taurus· et auerso cedens canis occidit astro·
At si triticeam in messem robustaq· farra
Exercebis humum solisq· instabis aristis·
Ante tibi eoae athlantides abscondantur·
Cnosiaq· ardentis decedat stella coronae
Debita quam sulcis committas semina· quamq·
Inuitae properes anni spem credere terrae·
Multi ante occasum magę coepere· sed illos
Expectata seges uanis elusit auenis·
Si uero uitiamq· seres uilemq· phaselum
Nec pelusiacae curam aspernabere lentis·

Melk 717, fol. 21r

Pastorum. & longe saltus lateq; uacantes
Hic quondam morbo celi miseranda coorta est
Tempestas. totoq; autumni incanduit estu
Et genus omne neci pecudum dedit. omne ferarum
Corrupitq; lacus. infecit pabula tabo
Nec uia mortis erat simplex. sed ubi ignea uenis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus
Rursus abundabat fluidus liquor. omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat
Sepe in honore deum medio stans hostia ad aram
Lanea dum niuea circumdatur infula uitta
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos
Inde neq; inpositis ardent altaria fibris
Nec responsa potest consultus reddere uates
Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri
Summaq; ieiuna sanie infuscatur harena
Hinc letis uituli uulgo moriuntur in herbis
Et dulces animas plena ad presepia reddunt
Hinc canibus blandis rabies uenit. & quatit egros
Tussis anhela sues. ac faucibus angit obesis
Labitur infelix studiorum atq; inmemor herbe
Victor equus. fontisq; auertitur. & pede terram
Crebra ferit. dimisse aures. incertus ibidem
Sudor. & ille quidem morituris frigidus. aret
Pellis. & ad tactum tractanti dura resistit
Hec ante exitium primis dant signa diebus
Sin in processu coepit crudescere morbus
Tum uero ardentes oculi. atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis. imaq; longo
Ilia singultu tendunt. it naribus ater
Sanguis. & obsessas fauces premit aspera lingua
Profuit inserto latices infundere cornu
Leneos. ea uisa salus morientibus una
Mox erat hoc ipsum exitio. furiisq; refecti
Ardebant. ipsiq; suos iam morte sub egra
Dii meliora piis. erroremq; hostibus illum
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus

Melk 717, fol. 41r

Jerry. 3.493

Degenerare tamen· niuis humana quot annis
Maxima quaeq· manu legere· sic omnia fatis
In peius ruere· & retro sublapsa referri·
Non aliter quam qui aduerso uix flumine lembum
Remigus subigit· si brachia forte remisit·
Atq· illum in praeceps prono rapit alueus amni·
Praeterea tam sunt arcturi sydera nobis
Haedorum q· dies seruandi & lucidus anguis·
Quam quib· in patriam uentosa per aequora uectis
Portus & ostifera suadet temptantur abydo·
Libra die somniq· pares ubi fecerit horas·
Et medium luci atq· umbris iam diuidit orbem·
Exercete uiri tauros· serite hordea campis·
Usq· sub extremum brumę intractabilis imbrem·
Nec non & lini segetem & cereale papauer
Tempus humo tegere· & iam dudum incumbere mundis
Dum sicca tellure licet· dum nubila pendent·
Vere fabis satio· tunc quoq· medica putres
Accipiunt sulci· & milio uenit annua cura·
Candidus auratis aperit cornibus annum
Taurus· & aduerso cedens canis occidit astro·
At si triticea in messem robusta q· farra
Exercebis humum solisq· in fabis arista·
Ante tibi eoae athlantidos abscondantur·
Cnosiaq· ardentis decedat stella coronae
Debita quam sulcis commissus semina· quamq·
Inuitae properes anni spem credere terrae·
Multi ante occasum maię coepere· sedillos
Expectata seges uanis elusit auenis·
Seuero uti am q· seres ulem q· phaselum
Nec pelusiacae curam aspernabere lentis·

Melk 717. fol. 21r

